Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36485
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

dici cui, maxime debeo. Ad homines retuli. Magis enim michi me
debeo quam ceteris hominib; quam uis do magis quam michi. Hic liber
sic incipit, quo uidere te habundare studio. Incipit liber uide de quan
titate animae. id est dialogus in hoc de anima multa quaeruntur
s. quam quanta sit diligentissime disputatum et ut tam si possim ostende
rem corporalis quantitatis non esse tam magnum aliquid et ex hac una ma
sione totus liber nomen accepit ut appelleretur de animae quantitate.

Quoniam video te habundare studio. Quaeso
ut michi respondeas de his quae me mouent.
Non ut opinor importune atque incongruenter. Saepe enim cum
abstem multa quaesissem. nescio qua illa graeca sententia
me detrendu putasti. qua prohibemur ea quae supra
nos s[illegible] requirere. Haec uero non puto nos ipsos supra nos esse.
Quam obrem cum de anima quero. non sum dignus. quam audiam quid supra nos quid
ad nos. si fortasse dignus quam audiam quid simus nos. numquam breuem
quam audire de anima uidissem. Ha si michi ista diuturna cogitatio
ne preparata. Quaeso quam unde sit anima. qualis sit. quanta sit. cur
corpori fuerit dedita. cum ad corpus aduenerit qualis efficiatur.
qualis cum abscesserit. cum quaeris unde sit anima duo quaeda intelli
gere cogor. Aliter enim dicam. unde sit homo. quae sit eius patria scire
cupiens. aliter unde sit anima. cum quaerim unde constet. id est ex
quibus elementis rebusque composita. Quid horum scire uis. cum interrogas
unde sit anima. utrum quasi regionem eius et patriam unde huc ue
nerit nosse desideras. an uero quae sit eius substantia requiris.
D. Quae de utrumque scire uelle s. quid sit secundum tuum iudicio
malo commentum. prima quaeda habitatione animae ac patria. dum
ipsum credo esse a quo creata est. Substantiam uero eius nominare non possum.
Non enim eam puto esse ex his usitatis notisque naturis quasi istis corporis
sensibus tangimus. Ha neque ex terra neque ex aqua. neque ex aere. neque ex igne
neque ex his omnibus; neque ex aliquibus eiusmodi horum constare anima

me

aut domulla facta est.